

# LIBER GENESIS 18,1-33 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,  
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam  
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

**Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)**

**Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)**

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

**Verdeutschung von M. Buber**

**gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)**

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

**Copyright by H. D. Peltzer**

01 Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi  
sui, in ipso fervore diei.

*Et visus est ei Dominus in quercibus Mamre. Et ipse sedens ostio  
tabernaculi ut incalesci diem.*

(L) Visus est autem ei deus ad ilicem Mambre (C) sedenti illi ad ostium tabernaculi eius medio die.

(E) sedenti ad ostium tabernaculi sui meridie.

(H) Apparuit autem ei dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi eius in ipso fervore diei.

**Apparuit autem ei Dominus iuxta Quercus Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei.**

**Da erschien ER ihm an den Terebinthen Mamres, während er am Eingang des Zeltes saß, als die Sonne brannte.**

**Er ließ von ihm an den Steineichen Mamres sich sehen, als er bei der Hitze des Tags im Einlass des Zeltes saß.**

02 Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adoravit in terram.

*Et elevavit oculos suos, & vidit. Et ecce tres viri stantes super eum. Et vidit, & cucurrit in occursum eorum ab ostio tabernaculi, & incurvavit se in terram.*

super eum et cum vidisset occurit in obviam illis ab ostio tabernaculi sui et adoravit super terram.

(H) Cumque elevasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes propter eum quos cum vidisset cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi et adoravit in terra.

**Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum.**

**Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi et adoravit in terram.**

**Er erhob seine Augen und sah und siehe, drei Männer standen ihm da!**

**Er sah es, lief ihnen vom Eingang des Zeltens entgegen und warf sich zur Erde.**

**Er hob seine Augen, sah: da, drei Männer, aufrecht über ihm. Er sah, lief vom Einlass des Zeltes ihnen entgegen und neigte sich zur Erde.**

03 Et dixit, Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum.

*Et dixit: Domini mei, si nunc inveni gratiam in oculis tuis, ne quaeso transeas desuper servo tuo.*

(E) Et dixit domine si inveni gratiam ante te ne transieris puerum tuum.

(H) Et dixit domine si inveni gratiam in oculis tuis ne transeas servum tuum.

**Et dixit: “Domine mi, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum.”**

**Und er sprach: Herr! Wenn ich etwa Gunst in deinen Augen gefunden habe, so gehe doch nicht an deinen Knechten vorüber!**

**Und sprach: Mein Herr, möchte ich doch Gunst in deinen Augen gefunden haben, schreite an deinem Knecht doch nimmer vorüber!**

04 Sed afferam pauxillum aquae, & lavare pedes vestros, & requiescite sub arbore.

*Tolletur nunc parum aquae, & lavate pedes vestros, & innitimini sub arbore.*

(E) Sumatur aqua et laventur pedes vestri et refrigerate sub arbore(m).

(H) Sed adferam pauxillum aquae et lavate pedes vestros et requiescite sub arbore.

**Afferatur pauxillum aquae, et lavate pedes vestros et requiescite sub arbore.**

**Erlaubt mir, ein bisschen Wasser zu holen und waschet eure Füße und ruhet unter dem Baum!**

**Es werde doch ein wenig Wasser geholt, dann badet eure Füße und lehnet unter dem Baum!**

05 Ponamque buccellam panis, & confortate cor vestrum. Postea transibitis; idcirco enim declinastis ad servum vestrum. Qui dixerunt: Fac, ut locutus est.

*Et capiam buccellam panis, & fulcite cor vestrum, postea transibitis, quia idcirco transistis ad servum vestrum. Et dixerunt: Sic facias quemadmodum locutus est.*

(E) Et sumam panem et manducabitis et postea transietis propter quod declinastis ad puerum vestrum et dixerunt sic fac ut dixisti.

(H) Ponam buccellam panis et confortate cor vestrum postea transibitis idcirco

enim declinastis ad servum vestrum qui dixerunt fac ut locutus es.

**Ponamque buccellam panis, et confortate cor vestrum, postea transibitis; idcirco enim declinastis ad servum vestrum.” Qui dixerunt:**

**“Fac ut locutus es.”**

**Und ich will ein Stück Brot holen und kräftigt euch, dann werdet ihr**

**weiter gehen, denn ihr seid nun doch an eurem Knechte**

**vorbeigekommen! Sie sprachen: So magst du tun, wie du geredet hast.**

**Ich hole einen Bissen Brot, ihr labt euer Herz, danach möget ihr weiter-  
schreiten! Warum sonst wärt ihr bei eurem Knecht vorübergeschritten.**

**Sie sprachen: Tu so, wie du geredet hast!**

06 Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria  
sata similiae commisce, & fac subcinericios panes.

*Et festinavit Abraham, ad tabernaculum ad Sarah, et dixit: Festina, tria sata  
farinae similiae consperge & fac panes subcinericios.*

(I) Et festinavit Abraham in tabernaculum ad Sarram et dixit ei festina et (E)  
consperge tres mensuras similaginis et fac panes ingriphios.

(H) Festinavit Abraham in tabernaculum ad Sarram dixitque ei adcelera tria  
sata similiae commisce et fac subcinericios panes.

**Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram dixitque: “Accelera, tria  
sata similiae commisce et fac subcinericios panes.”**

**Da eilte Abraham in das Zelt zu Sara und sprach: Rasch! Drei Sea  
Feinmehl, Kern! Knete und mache Kuchen!**

**Abraham eilte ins Zelt zu Sfara und sprach: Eil´ dich! Drei Maß Mehl,  
feines! Knete, mache Kuchen!**

07 Ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum &  
optimum, deditque puero; qui festinavit & coxit illum.

*Et ad bovem cucurrit Abraham, & tulit filium bovis tenerum & bonum, & dedit ad puerum, & festinavit ad faciendum eum.*

(I) Et ad boves cucurrit Abraham et accepit (E) vitulum tenerum et bonum

(I) et dedit puero et festinavit facere eum.

(H) Ipse vero ad armentum cucurrit et tulit inde vitulum tenerrimum et

optimum deditque puero qui festinavit et coxit illum.

**Ipse vero ad armentum cucurrit et tulit inde vitulum tenerrimum et optimum deditque puero; qui festinavit et coxit illum.**

**Zu den Rindern aber lief Abraham und nahm ein junges Tier, ein zartes und gutes, gab´s dem Burschen und trieb zur Eile, es fertig zu machen.**

**Und zu den Rindern lief Abraham, holte ein Jungrind, zart und gut, und gab´s dem Knaben, dass er´s eilends zurechtmache.**

08 Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis.

Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore.

*Et tulit butyrum & lac, & filium bovis, quem fecerat, & dedit ad conspectum eorum, & ipse stans super eos sub arbore, & comederunt.*

(E) Butyrum et lac (I) et vitulum quem paraverat et adposuit ante illos et ederunt ipse autem adstabat iis sub arbore.

(H) Tulit quoque butyrum et lac et vitulum quem coxerat et posuit coram eis ipse vero stabat iuxta eos sub arbore cumque comedissent.

**Tulit quoque butyrum et lac et vitulum, quem coxerat, et posuit coram eis. Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore; et comederunt.**

**Dann nahm er Butter und Milch und das Kalb, das er bereitet hatte,**

**und legte ihnen vor, und Abraham wartete ihnen auf unter dem Baume,  
und sie aßen.**

**Dann holte er Sahne und Milch und das Jungrind, das er hatte  
zurechtmachen lassen, und gab es vor sie. Er aber stand über ihnen  
unter dem Baum, während sie aßen.**

09 Cumque comedissent, dixerunt ad eum: Ubi est Sara uxor tua? Ille respondit:

Ecce in tabernaculo est.

*Et dixerunt ad eum: Ubi Sarah uxor tua? Et dixit: Ecce in tabernaculo.*

(I) Dixit autem ad illum ubi est Sarra uxor tua qui respondit et dixit ecce in tabernaculo.

(H) Dixerunt ad eum ubi est Sarra uxor tua ille respondit ecce in tabernaculo est.

**Dixeruntque ad eum: “Ubi est Sara uxor tua?” Ille respondit: “Ecce in tabernaculo est.”**

**Und sie sprachen zu ihm: Wo ist Sara, dein Weib? Er sprach: Siehe im Zelte!**

**Sie sprachen zu ihm: Wo ist Sfara, dein Weib? Er sprach: Da im Zelt!**

10 Cui dixit: Revertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium

Sara uxor tua. Quo audito, Sara risit post ostium tabernaculi.

*Et dixit: Revertendo revertar ad te secundum tempus vitae. Et ecce filius*

*Sarah uxori tuae. Et Sarah audiens ostio tabernaculi, & ipsum post eum.*

(E) Et dixit ei revertens veniam ad te ad hoc tempus in futurum et habebit

filium Sarra uxor tua (I) audiebat autem Sarra stans post ostium tabernaculi post eum.

(H) Cui dixit revertens veniam ad te tempore isto vita comite et habebit filium Sarra uxor tua quo audito Sarra risit post ostium tabernaculi.

**Cui dixit: “Revertens veniam ad te tempore isto, et habebit filium Sara uxor tua.” Quo audito, Sara risit ad ostium tabernaculi, quod erat post eum.**

**Er sprach: Komme ich wieder zu dir wie jetzt ums Jahr, dann, siehe, hat Sara, dein Weib, einen Sohn. Dabei hörte es Sara am Eingang des Zeltes, der hinter ihm war [und lachte].**

**Nun sprach er: Kehren, kehren will ich zu dir, wann die lebensspendende Zeit ist, da hat Sfara, dein Weib, einen Sohn. Sfara aber horchte am Einlass des Zelts, der war hinter ihm.**

11 Erant autem ambo senes, propectaeque aetatis, & desierant Sarae fieri muliebria.

*Et Abraham & Sarah senes venientes in dies. Desierat esse ipsi Sarah via ut mulierum.*

(A) Abraham autem et Sarra seniores progressi (I) Erant enim ambo presbyteri et propecti in diebus suis defecerunt autem Sarrae fieri muliebria.

(H) Erant autem ambo senes propectaeque aetatis et desierant Sarrae fieri muliebria.

**Erant autem ambo senes propectaeque aetatis, et desierant Sarae fieri muliebria.**



**Es waren aber Abraham und Sara alt, zum Ende gekommen, aufgehört  
hatte für Sara die Regel der Frauen.**

**Abraham und Sfara waren alt, hochgekommen in die Tage, aufgehört  
hatte es Sfara zu gehen nach der Art der Weiber.**

12 Quae risit occulte, dicens: Postquam consenui, & dominus meus vetulus est,  
voluptati operam dabo ?

*Et risit Sarah intra sese, dicendo: Postquam senui, erit mihi voluptas? Et  
dominus meus senuit.*

(I) Risit autem Sarra (O) in semetipsa dicens necdum mihi factum est usque  
nunc et dominus meus senex est.

(H) Quae risit occulte dicens postquam consenui et dominus meus vetulus est  
voluptati operam dabo.

**Quae risit occulte dicens: “Postquam consenui, et dominus meus vetulus  
est, voluptas mihi erit?”**

**Also lachte Sara in ihrem Innern, indem sie meinte: Nachdem ich welk  
geworden, ist mir Lust geworden, und mein Herr Gemahl ist alt!**

**Sfara lachte in sich hinein, sprechend: Nachdem ich zermorscht bin,  
würde mir Üppigkeit? Und auch mein Herr ist alt.**

13 Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare risit Sara, dicens: Num vere  
paritura sum anus?

*Et dixit Dominus ad Abraham: Ad quid hoc risit Sarah, dicendo: Num etiam  
vere pariam, & ego senui?*

(E) Et dixit dominus ad Abraham quare risit Sarra dicens ergo vere pariam ego autem senui.

(H) Dixit autem dominus ad Abraham quare risit Sarra dicens num vere paritura sum anus.

**Dixit autem Dominus ad Abraham: “Quare risit Sara dicens: "Num vere paritura sum anus?"”.**

**Da sprach ER zu Abraham: Warum lacht denn Sara, als wenn sie meint: Sollte ich wirklich und wahrhaftig gebären, ich bin doch alt?**

**E r aber sprach zu Abraham: Warum lacht Sfara und spricht: Soll ich wahrhaftig gebären, und ich bin doch alt!**

14 Numquid Deo quidquam est difficile? Iuxta condictum revertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium.

*An erit difficilis a Domino res? Ad tempus revertar ad te secundum tempus vitae, & ipsi Sarah filius.*

(E) Numquid impossibile est a deo verbum in tempore hoc revertar ad te in futurum et erit Sarrae filius.

(H) Numquid deo est quicquam difficile iuxta condictum revertar ad te hoc eodem tempore vita comite et habebit Sarra filium.

**Numquid Domino est quidquam difficile? Revertar ad te hoc eodem tempore, et habebit Sara filium.”**

**Ist für IHN eine Sache unmöglich? Zur Frist komme ich wieder zu dir, jetzt ums Jahr, und Sara hat einen Sohn.**

**Ist I h m ein Ding entrückt? Zur Frist kehre ich zu dir, wann die**

## lebensspendende Zeit ist, und Sfara hat einen Sohn.

15 Negavit Sara dicens: Non risi, timore perterrita. Dominus autem: Non est, inquit, ita, sed risisti.

*Et negavit Sarah dicendo: Non risi, quia timuit. Et dixit: Nequaquam, quia risisti.*

(A) Negavit Sarra dicens (I) non risi timuit enim et dixit non sed risisti.

(H) Negavit Sarra dicens non risi timore perterrita dominus autem non est inquit ita sed risisti.

**Negavit Sara dicens: “Non risi”, timore perterrita. Ille autem dixit: “Non; sed risisti.”**

**Das stritt Sara ab, indem sie sprach: >>Ich habe nicht gelacht.<< Denn sie hatte Scheu. Er aber sprach: Nein, du hast gelacht.**

**Sfara leugnete, sprechend: Ich habe nicht gelacht. Denn sie fürchtete sich. Er aber sprach: Nein, wohl hast du gelacht.**

16 Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam, & Abraham simul gradiebatur, deducens eos.

*Et surrexerunt inde viri, & respexerunt contra facies Sedom. Et Abraham ambulat cum eis ut dimitteret eos.*

(E) Exsurgentes autem inde viri conspexerunt in faciem Sodomorum et Gomorrae Abraham autem ambulabat cum illis deducens.

(H) Cum ergo surrexissent inde viri direxerunt oculos suos contra Sodomam et Abraham simul gradiebatur deducens eos.

**Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam; et Abraham simul gradiebatur deducens eos.**

**Und es standen die Männer von dort auf und schauten auf Sodom aus, während Abraham mit ihnen ging, sie zu geleiten.**

**Die Männer brachen von dort auf und lugten über die Fläche von Sodom hinab, und Abraham ging mit ihnen, sie zu geleiten.**

17 Dixitque Dominus: Num celare potero Abraham quae gesturus sum.

*Et Dominus dixit: Numquid celans ego ab Abraham, quod ego faciens.*

(E) Dominus autem dixit non celabo ego Abraham puerum meum quae ego facturus sum.

(H) Dixitque dominus num celare potero Abraham quae gesturus sum.

**Dixitque Dominus: “Num celare potero Abraham, quae gesturus sum.**

**Es hatte aber ER gesprochen: Soll ich vor Abraham verbergen, was ich tun werde?**

**E r aber hatte zu sich gesprochen: Sollte ich Abraham verhüllen, was ich tun will?**

18 Cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, & benedicendae sint in illo omnes nationes terrae?

*Et Abraham essendo erit in gentem magnam, & fortem, & benedicentur in eo omnes gentes terrae.*

(L) Abraham autem fiens fiet in gentem magnam et multam et benedicentur in eo omnes gentes terrae.

(H) Cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam et benedicendae sint in illo omnes nationes terrae.

**Cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, et benedicendae sint in illo omnes nationes terrae?**

**Soll doch Abraham zu einem großen und starken Volke werden, und segnen sollen sich mit ihm alle Völker der Erde!**

**Abraham, ein Stamm wird er werden, groß und kernhaft, und mit ihm werden sich segnen alle Stämme der Erde!**

19 Scio enim quod praecepturus sit filiis suis, & domui suae post se, ut custodiant viam Domini, & faciant iudicium & iustitiam, ut adducat Dominus propter Abraham omnia quae locutus est ad eum.

*Quia novi eum. Propterea quod praecipiet filiis suis, & domui suae post se, & custodient viam Domini, ad faciendum iustitiam & iudicium, ut venire faciat Dominus super Abraham quod locutus est super eum.*

(L) Sciebat enim quia disponebat Abraham filiis suis et domui suae post se et custodient vias domini facere iustitiam et iudicium ut superducat deus in Abraham quaecumque locutus est ad illum.

(H) Scio enim quod praecepturus sit filiis suis et domui suae post se ut custodiant viam domini et faciant iustitiam et iudicium ut adducat dominus propter Abraham omnia quae locutus est ad eum.

**Nam elegi eum, ut praecipiat filiis suis et domui suae post se, ut custodiant viam Domini et faciant iustitiam et iudicium, ut adducat Dominus super Abraham omnia, quae locutus est ad eum.”**

**Denn ich habe ihn ersehen um deswillen, dass er seinen Kindern und seinem Hause nach ihm gebiete, dass sie auf SEINEN Weg achten, Gerechtigkeit und Recht zu üben, auf dass ER über Abraham bringe, was er über ihn geredet hat.**

**Ja, ich habe ihn erkannt, auf dass er entbiete seinen Söhnen und seinem Hause nach ihm: Sie sollen hüten M e i n e n Weg, Wahrhaftigkeit und Recht zu tun, dass E r über Abraham kommen lasse, was er über ihn geredet hat.**

20 Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis.

*Et dixit Dominus: Clamor Sedom, & Hamorah, quia multiplicatus est, & peccatum eorum, quia aggravatum est valde.*

(E) Dixit autem dominus clamor Sodomorum et Gomorrae inpletus est et peccata eorum magna valde.

(H) Dixit itaque dominus clamor Sodomorum et Gomorrae multiplicatus est et peccatum earum (eorum) adgravatum est nimis.

**Dixit itaque Dominus: “Clamor contra Sodomam et Gomorram multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis.**

**Und weiter sprach ER: Das Geschrei über Sodom und Gomorra, wie ist es groß! Und ihre Sünde, wie ist sie gar schwer!**

**E r sprach: Der Klageschrei über Sodom und Gomorra, wohl, erscholl, und ihre Sünde, wohl, sie wuchtet sehr.**

21 Descendam & videbo, utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam.

*Descendam nunc, & videbo, an secundum clamorem eius, qui venit ad me, fecerint consummationem, & si non, sciam.*

(E) Descendens ergo videbo si secundum clamorem illorum venientem ad me consummantur quodsi non ut sciam.

(H) Descendam et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint an non est ita ut sciam.

**Descendam et videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint an non; sciam.”**

**Ich will doch hinabsteigen und sehen, ob nach dem Geschrei über dieselbe, wie es zu mir gelangt ist, sie Vernichtung bewirkt haben, und wenn nicht, will ich ein Einsehen haben.**

**Niederziehen will ich doch und sehen – haben sie nach dem Schrei darüber, der zu mir kam, getan: - Vertilgung! Und wenn nicht: Ich will's erkennen.**

22 Converteruntque se inde, & abierunt Sodomam; Abraham vero adhuc stabat coram Domino.

*Et respexerunt inde viri, & perrexerunt in Sedom. Et Abraham adhuc ipse stans ad conspectum Domini.*

(A) Et conversi inde viri venerunt in Sodoma Abraham autem erat adhuc stans ante dominum.

(H) Converteruntque se inde et abierunt Sodomam Abraham vero adhuc

stabat coram domino.

**Converteruntque se inde viri et abierunt Sodomam; Abraham vero adhuc stabat coram Domino.**

**Und es wandten sich von dort die Männer und gingen gen Sodom, und Abraham blieb noch stehen vor *IHM*.**

**Die Männer wandten sich von dort und gingen auf Sodom zu, Abraham aber, noch stand er vor *I h m*.**

23 Et appropinquans ait: Numquid perdes iustum cum impio?

*Et accessit Abraham, & dixit: Numquid etiam disperdes iustum cum impio?*

(A) Et appropians Abraham dixit (I) ne simul perdas iustum cum impio et erit iustus tamquam impius.

(H) Et adpropinquans ait numquid perdes iustum cum impio.

**Et appropinquans ait: “Numquid vere perdes iustum cum impio?**

**Und Abraham trat näher und sprach: Solltest du wirklich Gerechte mit Frevlern hinraffen?**

**Nun trat Abraham vor und sprach: Willst du wirklich den Bewährten rafften mit dem Frevler?**

24 Si fuerint quinquaginta iusti in civitate, peribunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo?

*Si forte fuerint quinquaginta iusti in medio civitatis, numquid etiam*

*disperdes, & non parces loco propter quinquaginta iustos qui intra eam?*

(I) Si fuerint quinquaginta iusti in civitate perdes illos non remittes omnem



locum causa illorum quinquaginta iustorum.

(H) Si fuerint quinquaginta iusti in civitate peribunt simul et non parces loco illi propter quinquaginta iustos si fuerint in eo.

**Si forte fuerint quinquaginta iusti in civitate, vere perdes et non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo?**

**Vielleicht gibt es fünfzig Gerechte inmitten der Stadt, solltest du wirklich hinraffen und dem Orte nicht vergeben um der fünfzig Gerechten willen, die in ihrer Mitte sind?**

**Vielleicht sind fünfzig Bewährte anwesend drin in der Stadt, willst du die wirklich rafften? Willst du dem Ort nicht tragen der fünfzig Bewährten wegen in ihrer Mitte?**

25 Absit a te, ut rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius: non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc.

*Absit tibi a faciendo secundum rem hanc, ad mori favendum iustum cum impio, & fit sicut iustus sicut impius. Absit tibi. Numquid iudex omnis terrae, non faciet iudicium?*

(E) Nullo modo tu facies hoc verbum occidere iustum cum impio et erit iustus tamquam impius nequaquam (C) qui iudicas omnem terram (E) facies hoc iudicium.

(H) Absit a te ut rem hanc facias et occidas iustum cum impio fiatque iustus sicut impius non est hoc tuum qui iudicas omne terram nequaquam facies iudicium.

**Absit a te, ut rem hanc facias et occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius; absit a te. Nonne iudex universae terrae faciet iudicium?”**

**Das sei ferne von dir, etwas Derartiges zu tun, Gerechte mitsamt Frevlern zu töten, so dass Gerechter wie Frevler wäre! Sollte der Richter der ganzen Erde nicht Recht üben?**

**Weitab sei dir nach dieser Rede zu tun, den Bewährten mit dem Frevler zu töten, dass Gleiches dem Bewährten, Gleiches dem Frevler geschehe, weitab sei es dir! Alles Erdlands Richter, wird der nicht das Recht tun?**

26 Dixitque Dominus ad eum: Si invenero Sodomis quinquaginta iustos in medio civitatis, dimittam omni loco propter eos.

*Et dixit Dominus: Si invenero in Sodom quinquaginta iustos intra civitatem, & parcam toti loco propter eos.*

(E) Et dixit dominus si invenero in Sodomis quinquaginta iustos in civitate remittam omni loco propter illos.

(H) Dixitque dominus ad eum si invenero Sodomis quinquaginta iustos in medio civitatis dimittam omni loco propter eos.

**Eadem dixitque Dominus: “Si invenero Sodomae quinquaginta iustos in medio civitatis, dimittam omni loco propter eos.”**

**Da sprach ER: Wenn ich in Sodom fünfzig Gerechte finde inmitten der Stadt, so vergebe ich dem ganzen Orte um ihretwegen.**

**E r sprach: Finde ich in Sodom fünfzig Bewährte drin in der Stadt, will ich´s all dem Ort tragen um ihretwillen.**

27 Responditque Abraham, ait: Quia semel coepi, loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis.

*Et respondit Abraham, & dixit: Ecce ego coepi loqui ad Dominum meum, & ego pulvis & cinis.*

(E) Ego autem sum terra et cinis.

(H) Respondens Abraham ait quia semel coepi loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis.

**Respondensque Abraham ait: “Ecce coepi loqui ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis.**

**Und Abraham hub an und sprach: Siehe doch, ich habe mich unterfangen, zum Herrn zu reden und bin doch Staub und Asche!**

**Abraham antwortete, er sprach: Da habe ich mich doch vorgewagt, zu meinem Herrn zu reden, und ich bin ja Staub und Asche.**

28 Quid si minus quinquaginta iustis, quinque fuerint? Delebis, propter quadraginta quinque, universam urbem? Et ait: Non delebo si invenero ibi quadraginta quinque.

*Si forsitan defuerint quinquaginta iustis quinque; numquid disperdes in quinque totam civitatem? & dixit: Non disperdam si invenero ibi quadraginta & quinque.*

(A) Et dixit quia non perdam si invenero ibi quadraginta quinque.

(H) Quid si minus quinquaginta iustis quinque fuerint delebis propter quinque universam urbem et ait non delebo si invenero ibi quadraginta quinque.

**Quid, si forte minus quinquaginta iustis quinque fuerint? Delebis**

propter quinque universam urbem?” Et ait: “Non delebo, si invenero ibi quadraginta quinque.”

**Vielleicht fehlen an den fünfzig Gerechten fünf, wirst du um der fünf willen die ganze Stadt verderben? Antwortete er: Ich werde nicht verderben, wenn sich dort fünfundvierzig finden.**

**Vielleicht fehlen an den fünfzig Bewährten fünf – willst du um die fünf all die Stadt verderben? Er sprach: Nicht will ich verderben, finde ich dort fünfundvierzig.**

29 Rursumque locutus est ad eum: Sin autem quadraginta ibi inventi fuerint, quid facies? Ait: Non percutiam propter quadraginta.

*Et addidit adhuc ad loquendum ad eum, & dixit: Si forte inveniantur ibi quadraginta? Et dixit: Non faciam propter quadraginta.*

(H) Rursumque locutus est ad eum sin autem quadraginta inventi fuerint quid facies ait non percutiam propter quadraginta.

**Rursumque locutus est ad eum: “Si forte inventi fuerint ibi quadraginta?” Ait: “Non percutiam propter quadraginta.”**

**Da fuhr er ferner fort zu ihm zu reden und sprach: Vielleicht finden sich dort vierzig? Antwortete er: Ich werde nichts tun, um der vierzig willen.**

**Er aber fuhr fort, noch zu ihm zu reden, er sprach: Vielleicht finden sich dort nur vierzig? Er sprach: So tue ich´s nicht, um der vierzig willen.**

30 Ne, quaeso, inquit, indigneris Domine, si loquar. Quid si ibi inventi fuerint

triginta? Respondit: Non faciam, si invenero ibi triginta.

*Et dixit: Ne nunc sit ira Domino meo, & loquar: Si forte inveniantur ibi triginta? Et dixit: Non faciam, si invenero ibi triginta.*

(I) Et dixit numquid domine si loquar.

(H) Ne quaeso inquit indigneris domine si loquar quid si inventi fuerint ibi triginta respondit non faciam si invenero ibi triginta.

**“Ne, quaeso, inquit, indignetur Dominus meus, si loquar. Si forte ibi inventi fuerint triginta?” Respondit: “Non faciam, si invenero ibi triginta.”**

**Sprach er: Möge es dem Herrn doch nicht leid werden, und ich will reden: Vielleicht finden sich dort dreißig? Antwortete er: Ich werde nichts tun, wenn ich dort dreißig finde.**

**Er aber sprach: Nimmer entflamme es doch meinen Herrn, dass ich weiter rede: Vielleicht finden sich nur dreißig dort? Er sprach: So tue ich's nicht, finde ich dort dreißig.**

31 Quia semel, ait, coepi, loquar ad Dominum meum: Quid si ibi inventi fuerint viginti? Ait: Non interficiam propter viginti.

*Et dixit: Ecce nunc coepi loqui ad Dominum meum. Si forte inveniantur ibi viginti? Et dixit: Non disperdam propter viginti.*

(H) Quia semel ait coepi loquar ad dominum meum quid si inventi fuerint ibi viginti dixit non interficiam propter viginti.

**“Ecce, ait, coepi loqui ad Dominum meum. Si forte inventi fuerint ibi viginti?” Dixit: “Non interficiam propter viginti.”**

**Sprach er: Siehe doch, ich habe mich unterfangen, zum Herrn zu reden, vielleicht finden sich dort zwanzig? Antwortete er: Ich werde nicht verderben um der zwanzig willen.**

**Er aber sprach: Da habe ich mich nun doch vorgewagt, zu meinem Herrn zu reden: Vielleicht finden sich nur zwanzig dort? Er sprach: Nicht will ich verderben, um der zwanzig willen.**

32 Obsecro, inquit, ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel. Quid si inventi fuerint ibi decem? Et dixit: Non delebo propter decem.

*Et dixit: Ne nunc sit ira Domino meo, & loquar tantum vice hac. Si forte invenientur ibi decem? Et dixit: Non disperdam propter decem.*

(A) Si inventi fuerint illic decem non perdam.

(H) Obsecro inquit ne irascaris domine si loquar adhuc semel quid si inventi fuerint ibi decem dixit non delebo propter decem.

**“Obsecro, inquit, ne irascatur Dominus meus, si loquar adhuc semel. Si forte inventi fuerint ibi decem?” Dixit: “Non delebo propter decem.”**

**Sprach er: Möge es dem Herrn nicht leid werden, und so will ich noch ein Mal reden: Vielleicht finden sich dort zehn? Antwortete er: Ich werde nicht verderben um der zehn willen.**

**Er aber sprach: Nimmer entflamme es doch meinen Herrn, dass ich noch das eine Mal rede: Vielleicht finden sich dort nur zehn? Er sprach: Nicht will ich verderben, um der zehn willen.**

33 Abiitque Dominus, postquam cessavit loqui ad Abraham, et ille reversus est

in locum suum.

*Et ivit Dominus quando finivit loqui ad Abraham; & Abraham reversus est ad locum suum.*

(A) Abiit autem dominus ut desiit loquens ad Abraham et Abraham reversus est in locum suum.

(H) Abiit dominus postquam cessavit loqui ad Abraham et ille reversus est in locum suum.

**Abiit Dominus, postquam cessavit loqui ad Abraham; et ille reversus est in locum suum.**

**Und *ER* ging, nachdem er geendet hatte, zu Abraham zu reden, und Abraham kehrte zu seinem Orte zurück.**

**E r ging, als er vollendet hatte, zu Abraham zu reden, und Abraham kehrte an seinen Ort.**